

stodia tarrete nostri Communis, quam ipse habet in Armenia, si opportuerit, et ipse aeceperit mutuo a nobili Viro *Petro Gabriele* deremos novos de Armenia 2740, occasione aptandi Tarretam ipsam Communis, que erat tota bissata, et multum indigeat aptatione, sicut ipse Baiulus nobis scripsit: et debeat dictus Petrus Gabriel habere in Venetiis solidos 35 de uno biçancio saracinato ad deremos decem pro Bisancio uno.

Capta fuit pars quod dicta pecunia debeat ei reddi.

[Zanetta 62 t^o].

37.

1290, *Luglio* 25.

Salario del Bailo Pangrazio.

Cum Nobilis vir Pangrato Justiniano quondam Baiulus Armenie debeat recipere a Communi secundum quod continetur in ejus petitione salarium secundi anni, quod est biçantiorum 600, et biçanciorum 96 pro fictu sue domus unius anni; et biçantios decem cum dimidio, pro via qua fecit ad dominum Regem, et bisantios 34, quos pro Tareta Communis expendit, que est ibi; et biçantios 96 pro duobus suis Plaçariis, pro eorum salario unius anni; Capta fuit pars quod dicta pecunia possit et debeat accipi de denariis Montis, et solvi ad talem rationem ei, ad qualem soluti fuerunt Domini Leonardus Venerio et Nicolaus Quirino, quondam baiuli Acon. Et fuit etiam capta per V consiliarios, et 30 de Quadraginta.

[Zanetta, f. 78].

38.

1291, *Luglio* 26.

Spese per gli ambasciatori d'Armenia e di Cipro.

.... Quod illud quod fiet in consilio rogatorum et 40, super ambaxarijs mittendis ad Regem Cipri et ad Regem Armenie, tam